

licentia ipsa virtualia extrahantur, secundum formam constitutionis
 proutem super hiis per curiam nostram edite, quam in singulis
 regni nostri portibus publicari mandavimus et servari, et succes-
 sive, tunc hec omnia de die in diem de portu ipso acciderint, in
 duobus quaternis diligenter et fideliter redigi facias et notari, ut
 unum ex quaternis ipsis tibi retineas et alium magistris rationali-
 bus etc. sub sigillo tuo assignes, similem formam, si aliqua legumi-
 na de portu ipso extrahi vel aliunde per mare ad portum ipsum
 pervenire contingerint in omnibus et per omnia servaturus. preterea
 quia mandavimus ^{reparari} per Angelum ²² Fardorem de Gayeta prepositum
 navigii et massellorum et tarsianatum curie nostre in Apulia et
 Aprucio duas naves curie nostre, quarum una vocatur ^{Sanctus} ~~sanctus~~ Ni-
 colaus et alia ^{Sanctus} ~~sanctus~~ et barcus, et terdas viginti de terdis curie
 nostre existentibus in portu Brundusii necessaria reparacione
 et muniri easdem necessaria munitione, ita quod in expensis
 omnibus, que fient pro reparacione et munitione ipsa, sint pre-
 sentes iusticiarius Ferre Hydroni, vel si ipse non poterit personali-
 ter interesse, miles de familia sua, quem statuerit loco sui, et
 Ferrerius de Gans, quem ad hoc propterea de curia nostra transmi-
 mus, et expensas ipsas omnes plene sciant et oculata fide videant
 et nichil inde conscientia ^{et} eorum lateat, et de expensis ipsis omnibus
 fient quaterni tres, unus videlicet per eundem Angelum, qui si-
 gilletur sigillis ^{is} predicti iusticiarii et dicti Ferrerii, alius per eun-
 dem Ferrerium, qui sigilletur sigillis eiusdem iusticiarii et Ange-
 li, et alius per eundem iusticiarium vel ^{statu} ~~statu~~ loco sui, qui si-
 gilletur sigillis predictorum Ferrerii et Angeli, et pro maiori
 cautela curie nostre te in expensis ipsis una cum predictis volu-
 mus personaliter interesse et eas omnes, sicut particulariter fient

Reg. consuetudina

4^a, Reg. consuetudina

5^a, Reg. statuta